



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

10 De executorialibus & requisitoriis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

motus proprii effectus probetur. Sed & plerique viri doctissimi contrarium tenuerunt, præsertim Anto. Abb. col. penult. Fel. & Deci. in d. cap. cæterum. Innoc. in cap. 1. de concess. præb. in 6. Præp. in d. c. v. nostrum. col. vi. Pet. Rebuff. in d. q. 3. ex quibus necessaria est scientia huius auocationis quo ad iudicem inferiorē, vt nullū sit quod postea ipse Iudex fecerit. quæ quidē opinio maxima ratione fulcitur, quemadmodū apparet auctoritate Iuriconsulti in leg. si forte. de officio præsidis, cuius meminere Rom. in sing. 57. & 566. Fel. in d. cap. cæterum. n. 1. Dec. in c. si duob. n. 12. de appell. Iurisdictio etenim semel data, & competens alicui non censetur ab eo reuocata, donec ipse habuerit reuocationis cognitionem, & scientiam. Quamuis in specie I. C. in d. l. si forte. alia est ratio congruentior, quod præses qui datus est successor, & si hoc sciat, vt potest iurisdictione & potestate donec successor prouinciam fuerit ingressus: sicuti notatur in l. meminisse. ff. de offi. proconsul. nihilominus multa sunt quæ huic opinioni suffragantur, & persuadere possunt, scientiam reuocationis fore necessariam. cap. 2. de officio deleg. hanc autem. §. non defendit. ff. quibus ex caus. in poss. eatur. notat Bald. in l. falsus. Cod. fur. Sic Lud. Rom. in dictis singul. asserit collationem beneficij factam à vicario Episcopi reuocato qui eius reuocationis erat ignarus, validam esse, cuius opinio comprobatur auctoritate Cald. consil. 4. tit. de offic. l. Dec. in cap. si duob. n. 12. Fel. in d. cap. cæterum. n. 11. Chosma in Pragm. sanct. titu. de collation. §. idem voluit. in verb. vicario. gl. opt. in l. tributus. ff. de restitu. mili. Iaf. in l. maiorum. num. 8. ff. de iurisdic. omni. iud. notat præter hos satis in specie Rebuff. in tract. de beneficiis. tit. de simon. in resignatione. num. 54. & de publicandis resignationib. glo. 18. nu. 19. quicquid Franc. scripserit in c. dudum. de præb. in 6. sufficit tamen in hoc casu scientia simplex reuocationis absque literarū presentatione. Quod Fel. expressim notat, & omnes præcitati sentire videntur, maxime Cald. in d. consil. 4. Idē Rebuff. in tract. de beneficiis. in tit. de forma vicar. num. 210. quem omnino legito. Et Boerium decis. 347. col. pen. est & ad hoc text. opt. in Clem. vnica de renunciatione.

Igitur ex prædictis illud superest, quod reuocatio in iurisdictione, etiam si motu proprio fiat, hunc habet effectum, donec ipse cuius reuocatur potestas, eiusdem reuocationis habuerit scientiam, quod item probatur in c. 1. §. ex parte. de concess. præb. in 6. quo in loco §. adhibebatur, adnotatum est hanc regulam non esse admittendam, vbi reuocatio fieret propter delictū: hoc etenim casu ipso iure, absque vlla scientia etiā ignorante ipso, cui data erat iurisdic. tollitur omnino eadē, & ab ipso profus aufertur. Sic sane probatur in d. §. adhibebatur, quem ad hoc commendarunt Rom. in sing. 58. Fel. in d. c. cæterum. n. 24. Barb. in c. volentes. 3. col. de offic. l. Io. de Selta in tract. de beneficio. 3. parte. q. 16. col. 2. Io. Bertach. in tract. de Episc. lib. 4. par. 7. q. 21. notat Innoc. in c. qualiter. in 2. de accus. opt. gl. in c. propositus. de concess. præb. in verb. vocare. Cuius meminere Fel. in d. c. cæterum. n. 24. & Card. in consil. 114. incipit, Frater Benedic. Huic opinioni accedit gl. elegans in d. Clem. vnica. de renunciat. in verb. spome. que illam decisionem intellexit, vbi mandatū ad renunciationem beneficij fuisset datum sponte: quasi scientia reuocationis necessaria non sit, quoties mandatū datum sit per vim, & metum: in odium sane, & penam illius, qui metum intulit. Quam interpretationem probarunt inibi Abb. & Selta in d. q. 16. nec id mirum videri debet, cum mandatū ad renunciationem beneficij, debeat esse liberum: vt & ipsamet renunciatio, s. procurator. de elect. in 6. tradit Card. in d. Clem. vnica. q. 4.

Illud vero obiter admonendum esse constitui ad huius quæstionis vberiorē cognitionem, quod Paul. Castr. in consil. 361. dubio 4. lib. 1. existimat, non esse admittendum responsum Romani Pontificis in d. Clem. vnica. in mandato, quod datum fuerit ad presentationem alicuius clerici, aut generaliter ad præsentandum ex causa iurispatronatus. Nam secundum eum reuocatio mandati habet vim omnino, etiam si non habuerit eius scientiam ille, cui datum erat mandatū. Huius opinionis probatio à Paulo Castrensi instruitur ex regula quadam quam modo prætermittam, quippe qui eam alioquin non admodum negauerim. Hanc Pauli sententiam expressim sequitur Aymon consil. 76. fenfit Fel. in c. cum con tingat. de rescript. numer. 9. dum refert illud Pauli consilium, vt existimat Lambert. in tract. de iure patronatus 2. lib. part. 1. quæst. 4. art. 14. Ego vero, etsi videam Aymonem Crauettam in d. consil. 76. hanc Pauli Castrensis opinionem probasse minime ni fallor, coactum eius quæstionis, & controuersie decisionem, quam eo in responso probare conabatur: cum ad eius

veritatem necessaria non foret conclusio Pauli. Attamen negare contendam à Fel. eandem nec expresse, nec tacite receptam fuisse. Aliud etenim ex Paulo ipse deduxit, quod de existimo saltem esse quod Paul. tradidit asserens, decisionem Pontificiam de Clem. vnica. non obtinere in mandato ad præsentandum, non enim video vllam discriminis rationem, que congrua sit. Sic & ipse Lambert. opinatur, esse necessarium, quod saltem prælatus, aut is, cui presentatio exhibenda est, habeat reuocationis scientiam ante institutionem, in quo ipse plene videtur à Paulo discedere, cum hoc ipsum sit, quod summus Pontifex in dict. Clem. vnica, respondit. tandem Petrus Rebuff. in tract. de beneficiis. in d. forma visitatus. num. 214. opinionem Pauli de Castro falsam esse censet.

Tertia conclusio: quoties reuocatio iurisdictionis, & auocatio causæ motu proprio sit, etsi non afficiat ignorantem, quod iudex ipse vndeunque certam habeat reuocationis exhibitionem, hanc opinionem facile admittent qui præcedentem conclusionem probauerunt. Sed eam etiam sequitur, & probat Fel. in d. c. cæterum. num. 11. & nu. 17. vbi Dec. nu. 7. post Ant. & Abb. ibi, qui & hoc ipsum tenuerunt.

Quarta conclusio: reuocatio iurisdictionis cum expressa causæ auocatione facta ad alicuius petitionem, hanc habet conditionem, si qui impetrauit, & obtinuit illam voluerit ea vti: vnde non tollitur iurisdic. à iudice inferiori, donec fuerit per impetrantem reuocato eidem obiecta, & exhibitæ. Probatur hæc in cap. audita. de rescript. vbi Abb. idem tenent, Innoc. Anto. Abb. Card. & Fel. in d. cæterum. Quorum opinio Communis est, vt fatetur Ripa in d. cap. cum M. num. 196. Sed quod in hoc casu sufficiat iudicem inferiorem cuius iurisdic. reuocatur, huius reuocationis scientiam habere, conantur iure defendere Domin. in d. consil. 47. Imo & Dec. in d. c. cæterum. numer. 8. vbi Dec. hoc ex ratione tradita per Imol. deducit, additque Ripa in d. numer. 196. hanc posteriorē opinionem receptam esse apud curiam Romanam: vt tandem aliud sit concedi à summo Pontifice impetranti secundum rescriptum, & secidos Iudices simpliciter, aliquid reuocari priorum iudicum iurisdictionem, ab eis que auocari causam. Cum in hoc posteriori casu ex auctoritate cap. nostrum. possit defendi, & probari, quod sufficiat scientia huius reuocationis, vt iudex non valeat ulterius de causa cognoscere, nec tractare. Nihilominus nos opinamur priorē scientiam veriorē esse, eamque magis conuenire Rescripti utilitati, ne illusio fiat, facili me cauaram, litiumque definitionibus. Hoc ipsum deducitur ex c. gratum. de offi. deleg. super eo in 2. de appell. vbi Præp. notat. vlt. Archid. in c. quidam procur. in 6. Bald. in l. mandatū. col. pen. C. mandar. Idem Bald. in c. C. vt lite pendens. Dec. consil. 295. col. 2. nec Imo. in d. c. cæterum. hinc quartæ conclusioni aduersatur: imo eam expressim probat.

Quinta conclusio: quamuis per literas posteriores, quibus priorum mentio sit, tacite reuocetur priorum iudicum iurisdic. & potestas: attamen valet quidquid ab eis actum fuerit. etiam post cognitionem reuocationis, donec fuerint posteriores literæ ab ipso impetrante iudicibus oppositæ, & exhibitæ. Huius conclusionis probatio deducitur ab omnibus ex d. ca. audita. Et est communis omnium resolutio in d. c. cæterum. Atque hæc dicta sint pro huius capitis breui quædam examinatione.

CAPVT X.

De mandatis regijs ad executionem, & obsequium literarum, quæ vulgo requisitorie dicuntur.

SYMMARIA.

- 1 Iudex secularis, & ecclesiasticus mutuo sibi præstat, & præstare tenentur auxilium in exequendis mandatis, & sententiis.
- 2 Iudex ecclesiasticus non possit mittere in Carcerem laicos propria auctoritate.
- 3 Contractus ratione quando quis possit, vbi contraxerit, conueniri, late tractatur.
- 4 Missio in possessionem contra contrahentem qui variis locis possessiones habet, qualiter fiat. Et ibid. Int. elect. Romana. §. contrahentes de iure per lib. 6.
- 5 Renunciatio proprii domicilij, quid in contractibus operatur, & dicitur, lutto in aliquem locum destinata.
- 6 Inuicem quid efficiat in hac specie quo ad fori renunciationem.
- 7 Iudex an possit verbaliter citationem iura tertiorum alterius propria auctoritate.

Non omnibus iudicibus, quibus cognitio, ac definitio alicuius cause iure competet, licet, nec permissum est, que semel definitur executioni mandare: siquidem mul- que sunt, que liberam hanc executionem absque alterius iudicis auxilio & ministerio possint impedire. Atque ex ea causa illud obtinuit, ut quoties res ita in discrimen hoc in- ciderit: Iudex, qui sententiam tulit, aut de contractus exe- cutione cogniturus est, requirat pro exequenda sua sen- tentia, & contractu, iudicem alium, qui personam, & bona debitoris capere possit, atque executionem ipsam ad effectum deducere. Sic etenim Iudex ecclesiasticus, ubi censuris iam fuerit usus aduersus laicos, nec potuerit earum viribus sententiam exequi, requirit pro eius executione iudicem sa- cularium, ut is captis rebus, & persona ipsius laici condem- nati, ecclesiastici sententiam exequatur. text. vbi glo. in verb. publicum. sic intelligenda in cap. 1. de offic. ord. in. & ibi Doct. præsertim Panorm. Fel. & Alc. Oldra. consil. 89. Bald. in l. 1. c. de his qualitate. occulta. Matth. de Affili. in procmio consil. Neapol. nu. 54. tex. opt. in c. dilecto de sent. excom. in 6. c. postulasti. de homic. cap. 2. de maled. c. primæ. 23. q. 5. c. quoniam. de offic. ord. l. Episcopale. C. de Episc. c. cleric. cap. vt officium. §. compescendi. de hæreticis. in 6. ex quo ta- men Archi. adnotauit, hoc verum esse in iudice ordinario ecclesiastico: quasi delegatus non possit iudicis secularis auxilium pro executione sententiæ implorare: cum id spe- ciale sit in iudice delegato ad punitionem hæretum. Hæc vero Archid. opinio falsa est. Nam nihil speciale cautū ex- tat in d. §. compescendi. in hoc auxilio à iudice seculari implo- rando. & ideo etiam Iudex ecclesiasticus, ac delegatus poterit auxilium iudicis secularis implorare, pro exequenda eius sententia, cum censuris usus fuerit, nihilque eis profes- cerit. text. est in huius opinionis non leue argumentum in d. cap. dilecto. cuius ad hoc meminit Fel. in cap. dilecto. de maior. & eod. notant Innoc. Ioan. Andr. & Doct. communiter in cap. sign. fisci. de offi. deleg. vbi Abb. & Dec. atque item Ioa. Lup. in c. per vestras. 2. na. ab. §. sed est pulebra dubitatio. nu. 17. & nouissime August. Berous in d. cap. sign. fisci. nu. 24. versic. extra gl. faten- tur hanc opinionem esse Communem, quam etiam sequuntur Domin. & Francus in d. §. compescendi. eamque passim serua- ri vidimus.

Eadem ratione Iudex secularis quoties ea necessitas in- ciderit, poterit implorare iudicis ecclesiastici auxilium pro exequenda eius sententia aduersus eos, in quos ipse nõ habet coercitionis ius. Auth. sed bodie. C. de adul. not. Maria. Soc. in cap. cum sit generale. nu. 24. de for. comp. Qua in re illud discrimen erit obseruandum, quod Iudex ecclesiasticus poterit cen- suris, & spiritualibus penis compellere saecularem ad hoc exhibendum. caput. 2. de maled. Iudex vero saecularis nõ potest cogere ecclesiasticum: sed debet Metropolitanum adire, atque ab eo petere, quod inferiorem iudicem eccle- siasticum cogat auxilium saeculari exhibere, & præstare ad executionem sententiæ. Sic etenim probant Innoc. Abb. & alij in d. c. de offi. ord. vbi Alcia. num. 26. & num. 123. scribit hanc opinionem communem esse. Idem ditinxit Ias. in l. a duo. §. sententia. am. ff. de rei iud. num. 16.

Quod si Iudex ecclesiasticus sit verus, & competens Iudex aduersus laicos, deque eorum criminibus aliquot cog- noscere possit, eosque punire: non omnino expeditum est, posse eum I laicos capere, & in carcerem mittere. Etenim Oldra. consil. 86. breui hac præmissa disputatione non sa- tis explicat, quid sibi iure verius visum fuerit: ac tandem in eam inclinat sententiam, ut existimet, non posse iudicem ecclesiasticum in carcerem proprium mittere, nec capere laicum pro criminis alicuius punitione, quæ ad ipsum per- tineat, excepto hæresis crimine: in quo hoc erit, & est spe- ciale, & in alijs huius similibus criminibus. cap. excommunicamus. in cap. 2. ad finem. de hæret. cap. vt commiss. eod. tit. in 6. & in Clem. 1. casdem rubricas. Huius opinionis ratio vel ex eo deducitur, quod expressissime in iure sit expressum, quoties ecclesiasticus Iudex de crimine aduersus laicum cognoscit, cuius cog- nitio ad eum pertineat, post decretas Canonicas censuras ip- siusque minime sufficientibus coercitionem, tunc auxilium à saeculari iudice implorandum esse: quasi non alia sit aduer- sus laicos iudici ecclesiastico permilla coercendi potestas, quam que censuris constat. ea vero nõ sufficiente, minist- rario iudicis saecularis est punitione peragenda: si cui deducitur ex cap. 1. de offi. ord. cap. postulasti. de homicid. cap. cum C. laicus. de foro compet. l. placet. C. de sacrosanct. eccles. auth. de mandatu. prime. §. si vero canonicum. collat. 3. Quibus & alijs rationibus hanc senten-

tiam latissime omnium conatur defendere Ioan. Lup. in d. §. sed est pulebra dubitatio. nu. 18. de donatio. inter vir. & vxor. idem tenet Ancha. in c. p. cum Episcopus. de officio ord. in 6. quam opinionem fatentur communem esse Fel. in capitu. significasti. de offic. delega. Au- frer. in repet. Clem. 1. de officio ord. in quasi. 5. & in tract. de potesta. eccle- siast. super laicos. in principio. Fel. tamen loquitur de iudice ecclesiast. delegato, & in ordinario contrarium probare videtur: quod statim latius explicabimus. Eandem sententiam aduersus iudices ecclesiasticos tenet Ancha. in reg. ea qua. de regu. iur. in 6. quaest. 11. qui scribit hanc opinionem communem esse, & idem fatetur Ioann. Andr. in Speculo tit. de officio ord. in. Hanc & leges Regie admiserunt, & probarunt sapissime, præsertim l. 7. tit. 3. d. b. 1. [hodie l. 14. tit. 1. lib. 4. Recopilat.] & l. 4. tit. 1. lib. 5. ordin. [hodie l. 5. tit. 1. lib. 4. Recopilatio.] idem statutum est in publicis totius regni comitijs Anno 1523. Toleti cap. vlt. [hodie l. 15. tit. 1. lib. 4. Recopilat.] contrarium plane verius esse censent. Do- min. & Franc. in d. cap. cum Episcopus. idque multis profecto iuris Pontificij locis ita passim probatur, ut minime congruat, ea omnia effugere velle specialis cuiusdam iuris ratione. Nam posse iudicem ecclesiasticum, qui alioqui iure de cri- mine cognitionem habet laicum reum capere, & in carce- re mittere, probatur in cap. attendendum. l. 7. q. 4. contra idolorum. 25. quaest. 5. cuius ad hoc ipsum meminere Rom. in singula. 660 & Fel. in cap. cum sit generale. de foro compet. num. 20. qui hanc opi- nionem probat. idem Fel. in d. cap. significasti. col. vlt. late Aufrer in dicta Clem. 1. quaest. 5. in tract. de potesta. ecclesia. super laicos. in prime. ad cuius questionis perfectam resolutionem ipse tria esse obseruanda existimo, ex quibus constabit, quid sit in hac controuersia considerandum.

Primum, ubi consuetudine legitime prescripta obtentū esset, quod Iudex ecclesiasticus habens alicuius causæ cog- nitionem aduersus laicos, posset eisdem capere, ac carce- ri tradere, vsus hic erit omnino seruandus. Quod Bald. notat in d. c. significasti. & sequitur eandem opinionem Ioan. Lup. in d. §. sed est pulebra. dubitatio. nu. 26. atque ita in aliquot Hispaniarum diocesis iam diu obtinuit, nec Carol. Cæsar Rex inuictissimus, hanc consuetudinem tollere, legeque propria voluit vsquam improbare, etiam si sæpius ab eo fuerit petita huius praxis, & vsus abrogatio in publicis to- tius Regni conuentibus: vt apparet ex ca. 117. legum Madricia- rum. anni 1528. & c. 2. anni 34.

Secundo, quoties Iudex ecclesiasticus legitime aduersus laicum criminali iudicio vel sententiam tulit, vel cog- nitionem, & examen culpe ad punitionem inlitterit, iure poterit laicum ipsum capere, & in carcerem mittere: quemadmodum probatur his auctoritatibus, quas vltimo loco adduximus: nec video, etiam seclusa quacunque con- suetudine, contrariam opinionem posse optime defendi. Cum non alia ratione in his criminibus, quæ à quibusdam excipiuntur, capi possint laici à iudice ecclesiastico, & in carcerem mitti, quam quod Iudex ecclesiasticus ius habeat cognoscendi de eisdem criminibus, & puniendi delinquentes, etiam si laici sint.

Tertio, illud erit ad hæc omnino notandum, quod si de executione sententiæ alicuius iudicis ecclesiastici actum sit, vt laicus cogatur soluere eam quantitatem, in qua iuste ab eo iudice damnatus civili iudicio fuerit, tunc plane non poterit Iudex ecclesiasticus laici bona, propria capere auctoritate, nec ipsius condemnati personam ad rei iudicatæ executionem. Imo potius tenetur auxilium iudicis saecularis ad hanc executionem inuocare. Sic de- nique sunt accipienda, quæ pro communi opinione adducta fuere. Nam & leges Regiæ, etiam si generaliter hac de re fuerint statutæ, nihilominus in hunc casum tendere fre- quentius videntur.

Quarto, non est præmittendum, iudicem ecclesiasti- cum posse clericos, qui dubio procul sunt ecclesiastica iurisdictionis, capere, & in carcerem mittere, quoties eisdem hoc iure visum fuerit, etiam si non habeat in loco tem- poralem iurisdictionem: nec tenetur ad hoc auxilium brachij saecularis implorare: nisi in eo eius potestas mini- me sufficeret ad capiendum clericum maxime rebellem, & contumacem. Hoc probatur in cap. cum Episcopus. de officio ord. in 6. & est omnium Communis Opinio, vt interim demirer, quam ratione Carol. Moli. in consuetu. Parisiens. tit. 1. §. 42. numer. 66. scripserit, Romani Pontificis responsum in d. cap. cum Episcopus. quo permissum est esse Episcopis, capere propria auctoritate clericos delinquentes, & in carcerem mittere, & idem

solum

solum obtinere ubi Episcopus habeat temporalem iurisdictionem: atque ideo in his locis, in quibus temporalis iurisdictionis non pertinet ad Episcopum, non posse vicarij Episcopi, nec ipsum Episcopum absque auxilio iudicis saecularis, & eius inuocatione clericos delinquentes capere, & in carcerem mittere. Idem probare conatur Iac. de Bello visu in *repet. cap. Romana. §. contrahentes. de foro compet. in 6. num. 92. r. oppositione. cuius ipse Carolus nullam mentionem fecit. Etenim admodum falsa est haec opinio, nec iure defendi potest: etiam si alioqui soleat disputari, an Episcopus possit habere familiam armatam ad executionem, & ministerium iustitiae: de quo tractauere latius Abb. Fel. Dec. & August. Berous in *d. cap. significasti. de offic. deleg.**

Sed & apud iudices saeculares idem obtinuit, vt possit vnus alterius sententiam exequi, si pro eius executione fuerit requisitus. tex. est hac de re celebratissimus in *l. a diuo Pio. §. sententiam. ff. de re iud. regia l. 2. in 27. part. 3. Authen. de exhibend. reis. §. si vero & in Auth. vt differentes sim. §. 1. notatur in c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. in 6. quod si nolit Iudex requisitus suum in hoc officium, & auxilium impartiri, compellendus erit superioris iudicis, aut principis auctoritate. Nam ex querela iudicis requirentis, aut priuati cuiuslibet, in cuius utilitatem requisitio fit, debet superior Iudex compellere iudicem requisitum ad executionem, quod Bartol. & Omnes *in animi Consensu* adnotarunt in *dict. §. sententiam. quo in loco satis probatur iuxta eam lectionem, quae extat in Florent. Pandectis, quas opera L. Taurelij nuper in publicum edidit Laurent. Torrentinus ducalis Typographus. Sententia, inquit Vlpia. Romae dictam, etiam in prouinciis posse praesides, si hoc iussi fuerint, ad finem persequi, Imperator noster cum patre rescriptis. Quam lectionem & Ias. agnoscit in *d. §. sententiam. col. 1. Quamobrem passim ad regia Hispaniarum pratoria querela deferuntur, iudicum inferiorum negligentiam, aut contumaciam inculcantes ex eo, quod aliorum iudicum requirentium sententias, aut mandata de contractibus exequendis, mandare executioni praetermittunt. Quibus tandem querelis examinatis, ac visis literis requisitoris statim summaria cognitione nomine Regio mandata decernuntur ipsis iudicibus requisitis, quibus eidem mandatis praecipitur, quod iudicum requirentium sententias exequantur, eorum uero mandata de contractibus exequendis, rebus, & personis debitorum captis iuxta leges regias tradant executioni. Quandoque autem Iudex hic, qui requisitus noluit requirenti auxilium impartiri, condemnatur in expensis arbitrio auditorum: idque frequenter fit cum aliqua culpa non immunis a dolo, & malitia in iudice praesumitur. Quid si Iudex requisitus iuste proprium officium, & auxilium negauerit, minime admittitur aduersus eum querela ad effectum decernendi regias literas, quibus eidem praecipitur requirentis iudicis sententiam exequi: imo hoc ipsum expressim denegatur, quod statim ad finem huius capituli aperiens probabitur. Atque ideo nunc oportet expendere, quantum iudices ab aliis requisiti teneantur, ministerium & auxilium exhibere in sententiis, & contractibus exequendis.***

Extat sane iuris vtriusque regula, quae constat, non posse quem ratione contractus conueniri apud iudicem illius loci, ubi contraxerit, nisi ibidem inueniatur. tex. celebris in *d. c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. in 6. quo in loco & in c. vlt. de foro compet. idem omnes tenent, & probant. Huic etiam conclusioni accesserunt & Accursius & alij in *l. heres absens. §. 1. ff. de iud. late Salic. in auth. si vero. col. C. de adulter. Ias. in l. 1. col. 2. ff. de eo eo quod cert. loco. ex quo multa deduci possunt, quae sunt huic tractatui admodum oportuna.**

Primum hinc perpendi poterit, quod Ant. Butrius scribit in *d. cap. vlt. n. 15. de foro compet. assueuerans, quod Iudex loci contractus possit requirere iudicem eius loci, ubi habitat qui contraxit, vt contrahentem citet, & iubeat ad iudicem contractus accedere actori responsurum super contractus actione. Nam auctore Butrius, Iudex requisitus hoc facere tenebitur: & si fuerit contumax ipse citatus, poterit Iudex loci contractus de causa tractare vsque ad eius definitionem, ac sententiam aduersus illum pronunciare. huic opinioni accedit Panormitan. in *dicto capitulo. vltim. num. 36. Ego plane censo eam falsam esse. Quod si vera foret, satis manifeste cessaret communis omnium adnotatio, & ipsa responsio Romani Pontificis in *dict. §. contrahentes. cum facillime Iudex loci contractus esset huius causae Iudex competens, possitque eam per sententiam definire: & in ea procedere, licet***

ipse qui contraxit non inueniatur in loco contractus, quae ratione opinor, hanc sententiam Anto. & Abb. esse contrariam decisioni Pontificis, quae in *dict. §. contrahentes. tractata est. Sic sane Dec. in cap. 1. de iud. num. 3. versic. 2. hoc limitatio. Ab his authoribus discedit, & de eorum opinione dubitat Fel. Antonij conclusionem, eamque videatur probare, quod Mar. Soc. in *specie facit in cap. dilecti de foro compet. n. 25. ad finem. Ripa tamen in *dict. cap. 1. de iud. n. 66. Scribit, hanc opinionem Ant. communij iudicio improbari, licet ipse eam sequatur quae tunc profectio placet, satis esse, quod ipse reus nolit apud hunc iudicem litigare: imo erit omnino nulla, etiam ipso tacente ferit iurisdictioni.***

Secundo, ex vera huius rei cognitione apparet proprius intellectus, & interpretatio ad text. in *dict. §. contrahentes. Etenim fieri debet distinctio, an qui contraxit, habeat bona in loco contractus, vel his careat possidens bona in loco domicilij & habitationis: priori etenim casu Iudex loci contractus praemissa legitima citatione, & ipso contrahente contumace poterit mittere actorem in possessionem bonorum, quae reus in eo loco contractus habet: & ad hunc effectum in hoc casu Iudex loci contractus erit competens: quippe qui reo legitime citato, & comparete cognoscere de causa vsque ad definitiuam sententiam: eo vero contumace procedere iure optimo poterit ad missionem in possessionem bonorum ex primo decreto. Hoc equidem operatur possessio bonorum, quam habet reus in loco, ubi contraxerat. atque haec est prior pars text. in *dict. §. contrahentes. Idemque erit quo ad secundum decretum, quemadmodum ex vera illius decisionis ratione deducitur: cum omnia haec tendant ad bona, quae sunt in loco contractus. Nihilominus Paulus Castrensis in *dict. §. 1. heres absens. num. 2. & 3. satis virgenter ratione probat, non posse in hoc casu secundum decretum decerni: cum ad hoc requiratur propria contumacia, quae minime contingit in eo, qui non tenetur se apud illum iudicem defendere. Idem asserit Iacob. de Bello visu in *dict. §. contrahentes. num. 129. atque ita est intelligendus Iurisconsultus locus in *l. Titium. §. 1. ff. de administrat. tu. a quo potuit deduci prior pars huius responsi in *dict. §. contrahentes. Posteriori casu, quoties non habet bona qui contraxit in loco contractus, sed in loco domicilij, tunc iuxta communem opinionem omnium in *dict. §. contrahentes. & in *dict. l. heres absens. §. 1. etiam si non possit Iudex loci contractus de causa ipsa cognoscere, nec eam propria sententia definire, nec sit locus remissioni, poterit tamen ubi reus citatus latitat in loco domicilij, decernere missionem in possessionem bonorum ex primo decreto, & super eius executione requirere iudicem illius loci, in quo sunt, & extant bona. Haec etenim est *Communis interpretatio text. in *dict. §. contrahentes. quae videtur plane illi responsio admodum conuenire.**********

Tertio subinfertur, non recte Pontificium responsum intellexisse eos, qui ab eo adnotarunt, in contractibus locum fore remissioni ad iudicem loci contractus, quoties qui contraxit, latitat, nec habeat bona in loco, ubi contraxit. Etenim non est haec opinio consona decisioni Romani Pontificis in *d. §. contrahentes. Imo ab ea prorsus abhorret. Idcirco licet Bar. in *dicta l. heres absens. §. 1. eam probasse videatur, Paul. Castrensis. Ang. Iacobinus, & Lancelotus ibi contrarium potius probant iuxta interpretationem *dicti §. contrahentes. quam proxima illatione explicuimus, quae frequentissimo Doctorum omnium consensu recipitur. Quamuis quidam non satis quaestionem istam intellexerint, assueuerantes, propter maximam rei contumaciam, esse in contractibus locum remissioni, ex auctoritate Baldi in *legat. consentaneum. Cod. quomodo. & quando. iudic. 8. notabili. qui hoc non asseruit, nec scripsit: quemadmodum admonet Lancelot. Dec. in *dicta l. heres absens. §. 1. & Ripa in *dicto capitulo. x. de iud. num. 66.******

Quarto illud praemissis apte conuenit, quod omnium calculis probatum extat: nempe locum fore remissioni ad locum in quo quis priuatim, vel publice administrationem exercuit eum agatur de reddendis rationibus. text. opt. in *d. l. heres absens. §. 1. l. 1. & ibi gloss. & omnes. Cod. ubi de rationibus agi oportet notant omnes in *d. l. heres absens. §. 1. praesertim Paul. de Call. & iunio res; & in *d. c. vlt. de foro compet. & in *c. 1. de iud.****

Quinto hinc colligitur, quod vsus forensis passim admittitur. Nam locus est remissioni in contractibus, & ad iudicem loci contractus est remissio faciendi omnino, ubi qui contractus se submisit foro illius loci, & proprii domicilij fori expressim renunciauerit. gloss. celebratissima in lib. 1. ff. si quis in ius vocat. non ierit. quam omnes inibi secuti sunt: & maxima cum laude, & honoris praefatione in dict. l. heres absens. §. 1. Praefertim Paul. numer. 8. Iacob. Lancelot. Dec. & alij, ac praefertim hos Iacob. de Bellouisu in d. §. contrahentes. numer. 94. & ibi Franc. post alios Panorm. numer. 37. Felin. numer. 22. in cap. vltim. de foro comp. vbi Anton. & Cardin. idem Panorm. numer. 18. & 22. Dec. numer. 23. Ripa numer. 65. August. Berous n. 196. Alciat. numer. 52. in cap. 1. de iudic. multa Iason & Curt. Junior. in d. l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ierit. numer. 6. Bald. in l. cum Archimedoram. C. vi. in post. ff. legat. Bald. idem in cap. praeterea. de offi. delegat. Roman. in singul. 279. Iason in lib. 1. ff. de eo quod certo loco. Marian. Socin. in cap. dilecti. numer. 39. de foro comp. qui tamen asserit, forte contrariam sententiam esse veriolem: & tamen gloss. multi secuti sunt, quorum opinio dubio procul communis est.

Sexto subdeducitur, idem esse ubi qui contraxit, in certo loco solvere promisit, & proprio foro renunciauit. Nam etiam si in loco destinatae solutionis non inueniatur, erit nihilominus causa huius examinatio, & cognitio remittenda ad iudicem loci, in quem fuit destinata solutio. Hoc enim omnes fatentur qui proximam conclusionem secuti sunt. Cōstat enim locum destinatae solutionis parem, & similem esse hac in re loco contractus: cum inibi contraxisse quis videatur, quo solutionem destinauit. leg. contraxisse. ff. de actio. & obli. 2. §. Titium. §. iudores. ff. de administrat. tutor. glo. Communi recepta cap. Romana. §. nec etiam. de foro comp. in 6. notant omnes in dict. cap. vltim. de foro comp. in 6. notant omnes in dict. cap. vltim. omnium iudic. tradit Gerardus in singul. 6. Sed & quaestioem istam, qua tractatur, an in loco solutionis destinatae quis possit, vt in loco contractus conueniri, late examinavit Bartol. & alij in d. l. si conueniri. & in d. cap. 1. de iudicis. & in dict. leg. heres absens. §. proinde. & §. vltim. est etiam tex. insignis in cap. dilecti. de foro comp. Verum haec omnia dicta sunt iuxta communem iuris civilis & Canonici constitutiones: in his enim Castelle regnis (me summo Philippo II. Regis consilio Praesidente) anno domini 1523. die Febr. 21. edita fuit pragmatica & regia lex, quae de hisce submissionibus tractans multa decreuit & distinxit, quae ad praxim mirè conducunt & necessaria sunt.]

Septimo, vt semel susceptam proniciam minime destitutam, non verebor amplius rem istam expendere, perpenia paulo diligentius vera ratione, qua praemissa probari solent. Nam ubi quis haberet ex privilegio specialis forum aliud praeter illud, quod de iure communi eidem competebari quidam existimant, privilegij forensis renunciationem esse intelligendam quoad illud forum, quod privilegio, & iure speciali datur eidem, non tamen quo ad forum sibi iure communi proprium: vt tandē non obstante hac renunciatione possit debitor effugere remissionem causae ad locum contractus, & petere, causam ipsam examinari in foro iuris communis, cui non videtur renunciasse, arg. de ducto ex l. si domus. ff. de serui. vrb. praed. Sic sane visum est Ias. in d. l. 1. si quis in ius vocat. non ierit. n. 9. & Dec. in dict. cap. 1. numer. 23. de iud. quibus difficillime accesserim, quippe qui plane percipiam ex hac opinione prorsus euerit quod omnium consensu, & praxi iam diu receptum extat. Fori etenim praescriptio, & exceptio, quae iuxta communem sententiam hac renunciatione tollitur, illa dubio procul est, quae ex communi iure competit. Nam quod quidam calumniantur, renunciationem istam non posse intelligi quoad forum iuris communis: quia sit hac renunciatio in hunc modum: renuncio privilegio fori: forum autem iure communi competens, vere dici non potest privilegio competere: facili profecto ratione tollitur, si illud caute obseruauerimus, privilegium fori hac in parte non assumi pro foro, quod ex iure speciali datum sit alicui, sed pro illa fori praescriptione, quae ex regula iuris communis deducitur: qua cautum extat, reum esse in proprio domicilio conueniendum. Sicuti palam probatur ex Iurisconsulto in d. l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ierit. deinde illud non leui coniectura constat, hanc scilicet renunciationem in hoc tendere & ad hoc fieri, vt in ipso loco contractus, cui summisso sit, de huiusmodi controuerfia volente actore tractetur. Nam & renunciatio hac ex causa contractui adscribitur, Bald.

authore in c. praeterea. de offi. deleg. & in l. cum Archimedoram. C. vi. in post. legat. Igitur parum refert, quod reo competant duo, vel tria tribunalia iure communi, vel speciali privilegio: cum actore volente sit causa examinanda in loco contractus, non apud alia tribunalia: atque ita huius opinionis, quae mihi olim placuerat, author, ac defensor est Boschus Cochaeus in rep. d. c. 1. de iud. fol. 14. col. 4.

Octavo, ab eadem radice procedit quod Panorm. scribit in d. c. vlt. de foro comp. 37. alienitans, praedictam renunciationem minime valere, si ea facta sit a clerico absque proprii iudicis, & episcopi consensu. c. significasti. de foro comp. quo expressim deducitur, non posse clericum consentire absque episcopi consensu in alterius iudicis iurisdictionem: quae ratione sequuntur hanc Abbatis opinionem Fel. in d. c. vlt. numer. 22. Iacobin. in d. l. heres absens. §. 1. col. 2. Dec. in d. c. 1. de iud. numer. 23. & ibi Fel. numer. 6. quorum opinio mihi omnino placet, cum in hac specie fiat ab ipso clerico expressa renunciatio proprii tribunalis, & consentiat ipse expressim in alienum iudicem. Quod fieri iure non potest, & ideo hac sententia maxima ratione fuitur, & tenenda erit, quanius Marian. Socin. in d. c. dilecti. numer. 39. & Ripa in d. c. 1. de iud. numer. 68. contrarium tulerint.

Nono, ex proxime traditis apparet, aliud dicendum fore ubi Clericus in locum aliquem destinaret solutionem, & in eodem postea inueniretur: posset etenim apud huius loci tribunal conueniri ratione illius solutionis in eum locum destinatae, etiam si absque consensu episcopi contraxisset, & solutionem destinaret. Nam haec prorogatio iurisdictionis non fit solum ex consensu ipsius contrahentis, sed & a lege, cuiusque autoritate inducitur, text. elegans in d. c. dilecti. Ex quo hoc ipsum adnotarunt plerique, praefertim in hac specie Rip. in d. c. 1. numer. 68. & ibi Boschus Cochaeus, aduersus Philip. Dec. qui numer. 23. contrariam sententiam conatus est defendere.

Decimo, si quis in certo loco contraxerit: & apud eius tribunal promiserit praestitum iuramento se responsurum agenti ex illo contractu, absque alia fori renunciatio: locus erit remissioni huius causae ad locum istum contractus, quemadmodum existimant Ang. Paul. Castr. & Iacobin. in d. l. heres absens. §. 1. Rom. in singul. 279. Maria. Soc. in d. cap. dilecti. de foro comp. numer. 39. Ias. in l. 1. ff. de eo quod certo loco. c. olim. 2. Fel. in c. vlt. de foro comp. numer. 22. Curt. Iun. post alios in d. l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ierit. Ripa numer. 66. & August. Boer. numer. 196. in d. c. 1. de iud. ex autoritate text. in auth. de exhiben. reis. §. si vero collati. §. 5. & in authen. ei. qui iurat. C. de bonis auctor. ad. poss. quibus in locis nequaquam hoc probatur. Ideo erit hac conclusio, etiam si communis sit, caute intelligenda, vt plane admittenda non sit, quoties contractus ipse iuramento praestito fuerit confirmatus, nec iuramentum accesserit promissioni factae de respondendo, & litigando apud iudicem illius loci, in quo contractus is, qui iuramentum ad maiorem contractus vim adiecit.

Vn decimo, ex his, quae proxime tradidimus illud superest, quod ubi quis absque renunciatioe & iuramento promiserit, se responsurum apud tribunal loci contractus, tunc non erit locus remissioni, sed poterit, qui contraxit in loco contractus conueniri, si ibi fuerit inuentus: quod si in eo loco inuentus non sit, non tenebitur super eo contractu apud iudicem loci contractus respondere. Quemadmodum omnes fateri videntur, qui rem istam diligentissime examinarunt. Nec quicquam vrget in contrarium, quod notat Dec. in d. cap. 1. numer. 23. ex Panorm. ibidem numer. 20. de eo qui promisit certo in loco respondere, vel quocumque in loco: potest enim ibidem conueniri. Nam quicquid Dec. senserit, haec Panorm. sententia est intelligenda, si qui contraxerit in eo loco, in quo respondere promisit, inueniatur: censetur enim ibi contraxisse: sicuti Panor. & ipse, & Paul. Castr. in l. si conueniri. ff. de iurisd. omn. in dict. numer. 5. fateatur, & ideo qui simpliciter respondere promisit certo in loco, non poterit apud tribunal illius conueniri, nec in iudicium vocari, nisi inibi fuerit inuentus. Quod est in hoc tractatu potissime considerandum, ne facile detur in contractibus remissioni locus.

Duodecimo, ubi quis solvere certo in loco promisit & eo se presentare, ad eum locum remissio fiet, quoties de promissa solutione tractabitur. Sic etenim censet Bald. in d. l. cum Archimedoram. C. vi. in post. legat. numer. 6. ex arg. text. in l. fidei iussor. §. pen. ff. qui iussu cogant. quartam opinionem sequuntur Ias. in leg. si conueniri. ff. de iurisd. omn. in dict. numer. 41. Curt. Iun. in d. l. 1. numer.

